ad dignitatem ipsius deliberatis. Co... [illegible] ... ipsi uiri ducatus
plebis. & notat quod filias ... [illegible] ... ostendendam fili
et fragilitate. Cum ... sibi consti... [illegible] ... tribuunt.
nullam spem in se met ipsis proponi... [illegible] ... sit. Filiae re
gis eadem & regina stans a dextris ... [illegible] ... Bene itaque filia uocitata
non solum castitate corporis pollens. uerum & mentis. sine qua nihil ualet ea
quae est corporis. hinc aperte de generali utriusque sexus ecclesia. Despondi inquit uos
uni uiro uirginem castam exhibere Christo. huius filiae gloria intus. in secreta cordis
in quo et Deus est & in quo se orare iubet. In secreto inquit et penetrali mentis. non in
loquacitate oris. Nam illorum gloria foris quia ad hoc bona opera faciunt. ut inde
hominibus potius quam Deo placeant. In fimbriis aureis. Vestis hoc loco non orna
tum uirtutum designat sicut superius. sed contextum scripturarum ex utroque testamento
scripturarum. Per fimbrias autem quae circa oras uestium texuntur. non incongrue al
legorici sensus accipiuntur. Merito aurei propter spiritalem intellectum. Potest et per
fimbrias quae orae sunt uestis ut diximus. finis uitae intellegi. & bene non deauratae
ut superius. sed aureae propter caritatem quae auri fulgore exprimitur. & circa finem
perfectior habetur. Circumamicta uarietatibus. id est ornata & circumdata uirtutum omnium
splendoribus. Varietas enim hic non diuersitatem generum ut superius. sed congeriem
omnium uirtutum designat. quibus sancta ecclesia exornatur & circumdatur. Memor ero nomi
nis tui. laudabo te semper & praedicabo nomen tuum. Ecclesia largitate abundans utpote iam ad
dexteris sponsi sui constituta. & omnium gentium diuersitate cumulata. cunctarumque
insuper uirtutum dote multiplicata. & aucta. dicit se tantorum numquam obliuisci
beneficiorum. Propterea quia nomen tuum in omnibus gentibus dilatatum. lau
dabo te in aeternum. id est in omnia futura tempora. FILIUS CHORE. PRO OCCULTIS.
Qui sint filii Chore. crebro expositum. Occulta autem uocantur secreta scriptu
rarum uel occulta iudicia Dei mira & incomprehensibili dispensatione. alii repro
bantur. alii eliguntur. PSALMUS DAVID. XLIII.